



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

laudabiles. quia et dominum laudant. et ab ipsa veritate laudantur. quid enim
 laudabilis quam ab ipso iudice in conspectu omnium angelorum glorie et desi-
 deranter audire veite benedicti patris mei. **¶** Psalmus lxxij. in quo pro-
pheta videtur consolari fideles in hoc exilio per spem redeundi in supernam hierusalem

Propheta in persona iustorum peregrinantium in hoc modo ait o deus,

Que creator et redemptor te ducere te custodere decet hymnus ut te
 laudet qui vel spe vel re sunt in syon. et celesti beatitudine ut tibi red-
 det totum votum nostrum non solum anima sed etiam caro iam per resurrectionem incor-
 ruptibilis facta pro utroque tibi reddemus laudes. et quia tibi reddendum
 est votum ergo o domine. **E**xaudi orationem meam ut possim ad te sine macula
 pervenire. scio quod ante tribunal tuum omnes homines comparebunt redditi ra-
 tionem eorum que gesserunt in corpore mortali viventes. namque est domine quod exaudias
 quia. **V**erba iniquorum patrum nostrorum in iniquitate gentilitatis viventium que vocue-
 runt colore idola et ritus et mores suos prevaluerunt super nos. donati sunt
 nobis quia nos nati in terra eorum secuti sumus mores et ritus gentium quibus
 pro etate et auctoritate obediendum erat. sed tu qui pius es iniquitatibus no-
 stris propiciaberis temetipsum hostiam offerendo pro nobis. dico propiciaberis
 et ille. **B**eatus erit quem tu elegisti per gratiam. et a massa peccatorum separando.
 et assumpsisti in patriam celestem talis habitabit in celesti hierusalem quam dicitur atria
 propter amplitudinem. vel beati tales que inhabitabunt in atrijs tuis. quia. **R**e-
 plebuntur. et faciebunt in bonis et gaudijs domus tue patrie celestis et
 gaudia ad liquidum nulla mens humana perscrutari sufficit. quia nec oculis
 vidit. nec auris audivit. nec in cor hominum ascendit que preparavit deus his
 que diligunt eum. ecce sanctum est templum tuum. nullus ibi admittitur nisi ab omni
 sordibus purgatus. mirabile est in equitate in quo superne beatitudinis gloria unicuique
 secundum dignitatem est distributa. quibus bonis ut possimus repleti. **E**xaudi
 nos deus salutaris noster ut ab isto exilio et captivitate ad celestem patriam
 transeamus tu qui spes es omnium hominum tam positus in finibus terre quam in re-
 motis insulis maris. et merito in te est spes omnium. quam tu. **P**reparasti pre-
 dicatores sic motes habentes fortitudinem fidei et altitudinem scitatis hu-
 miles conversione merito celsiores quam misisti ad predicandum et docendum
 omnes gentes. et hoc in virtute tua. quia pro eos fecisti magna miracula. ut
 magnitudine verbi incredulos converterent. et factorum admiratione duris-
 sima corda mollirent. et bene preceparare. quia tu es. **A**ccinctus poten-
 tia. et indutus maiestate. humanitas enim divini verbi preceparata est